HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

# PROF. GEORG WERNER

| | |
|---|---|
| Fakultät | Juristische Fakultät |
| Geboren | 1608 in Bopfingen (Schwäbische Alb) |
| Gestorben | 1671 in Helmstedt |
| Kurzvita | Jur. ao. Prof. in Helmstedt (1646–1650); Jur. o. Prof. in Helmstedt (1650–1671); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Georg Werner Bopffingä-Svevus (08.09.1638) |
| Ehefrauen | Anna Elisabeth Werner geborene Kreitz (24.09.1619–11.03.1663), Heirat 1642 |
| Quelle | |
| GND | https://d-nb.info/gnd/12135735X |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-238-werner |

### Lehrstühle

1646–1650 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1650–1671 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

### Vorlesungen (63)

Georgius Werner D. Tit. Digest. de Origine Juris hactenus, ut et Juris feudalis principia enarravit., Wintersemester 1648/1649

Georgivs Werner D. perget in explicatione Actionum forensium; quibus ad finem deuctis, de Exceptionibus aget. [...], Sommersemester 1650

[...] Privatum quoque Collegium petentibus aperiet., Sommersemester 1650

Georgius Werner D. postquam jura feudorum ad finem perduxit, juris canonici explicationem aggredietur, ostensurus qua occasione, quibus autoribus jus illud primum coeperit, quam in foris nostris, Ecclesiasticis praesertim , obtineat autoritatem, & quo canones sub specioso priscorum Ecclesiae Doctorum nomine suppositi sint. Quibus praemissis ex Institutionibus Ioann. Pauli Lancelloti principia ejusdem porro explicabit, [...], Sommersemester 1652

[...] atque simul privata Paratitlorum VVesembecianorum explanatione perget., Sommersemester 1652

Georgivs Werner D. in explicatione Institutionum Iuris Canonici porro erit occupatus, [...], Wintersemester 1652/1653

[...] atque brevi collegio VVesenbeciano quod hactenus domi suae habuit, finem imponet., Wintersemester 1652/1653

Georgius Werner D. ex tertio Institutionum Iuris Canonici libro, processus judiciarij materiam pertractabit: [...], Sommersemester 1653

[...] domi item suae Iuris feudalis elementa proponet., Sommersemester 1653

Georgivs Werner D. Institutionum Iuris Canonici interpretationem, quam hactenus tradidit, paucis lectionibus , cum Deo, propediem absolvet, & postea Ius feudale methodice explicare incipiet., Sommersemester 1654

[...] Domesticum etiam exercitium in Jure feudali, vel alia, quam auditores elegerint, materia, sive

legendo sive disputando instituet., Sommersemester 1655

Georgius Werner D. Iuris Canonici rudimenta ex Institutionibus Lancelloti publice iterum interpretabitur: id vero antequam incoet facere, unam alteram ve lectionem, de ejusdem origine, auctoribus, varijs compilationibus, auctoritate denique & usu hodierno praemittet. [...], Sommersemester 1655

Georgivs Werner D. quamprimum ipsi successor in academico magistratu, cujus variae occupationes curusm lectionum tamdiu inhibuerunt, fuerit datus, ad Iuris Canonici interpretationem revertetur, & doctrinam de sponsalibus & matrimonio ex libro IVto Decretalium explicabit. Vnam quoq; & alteram habebit disputationem, [...], Sommersemester 1656

[...] & in domestico auditorio Paratitla examinare perget., Sommersemester 1656

Georgivs Werner D. ea , quae in libro tertio Institutionum Juris Canonici de rebus sacris explicanda supersunt, cum Deo, brevi ad finem perducet; post de Processu judiciario ex libro II. decretalium, lectiones publicas habiturus., Wintersemester 1656/1657

[...] Exercitium quoque Juris Feudalis habendis aliquot disputationibus instituet., Sommersemester 1657

Georgivs Werner D. de processu judiciario cujus explicationem nuper est exorsus, porro aget: utque non tantum haec libri tertij sed & quarti Institutionum Juris Canonici materia ad finem perducatur, operam dabit. [...], Sommersemester 1657

Georgius Werner D. ex lib. VIto decretalium Tit. de regulis Juris explicabit: eoq. absoluto ad Juris Feudalis interpretationem revertetur., Sommersemester 1658

Georgivs Werner D. jubente ita officij sui ratione, Ius Feudale imposterum interpretabitur: cui operae, & ante, quam ad Textus ipsius expositionem se convertat, totius hujus Iuris brevem sed methodicam delineationem, praemittet. [...] Docet vero publice, hora III., Sommersemester 1659

[...] Domi quoque suae in exercitio, quod non ita pridem caepit, VVesembeciano perget., Sommersemester 1659

Georgivs Werner D. Consuetudines Feudales uti coepit, porro interpretabitur publice: [...], Wintersemester 1659/1660

[...] domi autem lectiones VVesembecianas continuabit., Wintersemester 1659/1660

Georgivs Werner D. librum secundum Consuetudinum Feudalium explicabit., Sommersemester 1660

Georgivs Werner D. absoluta mox Consuetudinum Feudalium interpretatione, ad Ius Canonicum denuo sese conferet, & libros V. Decretalium explicabit. Ita vero in hoc opere versabitur, ut singulos quidem Titulos, eorumq; capita breviter sit enarraturus; sed quaenam ex illis & quem hodie nobis praestare queant usum in nostris foris, dilucide & latius ostensurus. Ante autem, quam hoc aggrediatur, primam hujus Iuris & veram originem edisseret, & ex quibus initiis, quorum opera, quove tempore in hanc qua hodie constat, molem excreverit, auditoribus suis commonstrabit. [...] Docet hora IIIa., Sommersemester 1661

[...] In auditorio etiam domestico Ius Civile explanare perget., Sommersemester 1661

[...] In domestico auditorio Ius etiam Civile explanare perget, & unam atque alteram habebit disputationem., Wintersemester 1661/1662

Georgivs Werner D. Quam inchoavit succinctam Decretalium interpretationum, ita imposterum continuabit, ut cum Institutionibus Lancelloti, & juxta harum ordinem, praecipua capitula, ea cumprimis, quae in nostro etiam foro hodie habent usum sit explicaturus. [...], Wintersemester 1661/1662

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Georgius Werner D. ubi pauca, quae ex libro I. Institutionum Juris Canonici de Jure Patronatus explicanda restant, absolverit, seposita tantisper libri II. materia, tertium aggredietur, atque ex illo Processus judiciarij ordinem enarrabit. Principio scil. ejus aliquam synopsin proponet: post autem de singulis articulis latius tractaturus, atque ex libro II. Decretalium praecipua capita brevi interpretatione expositurus. Non etiam negliget ea, quae novissimo Jure circa eundem fuerunt mutata. [...], Sommersemester 1662

[...] In domestico auditorio, in quo hactenus fuit occupatus exercitio, brevi, cum Deo, etiam ad finem perducet, & aliud aliquod, si ita auditoribus placuerit, ordietur., Sommersemester 1662

Georgivs Werner D. absolutis propediem ijs, quae de Processu Iudiciario in Libr. III Institut. Iuris Canonici restant, Libri secundi interpretationem inchoabit, atque de Iure rerum Ecclesiasticarum aget [...], Wintersemester 1662/1663

[...] In domestico etiam auditorio, quod nuper iterum caepit ad Pandectas exercitium continuabit., Wintersemester 1662/1663

Georgivs Werner D. quae pauca de ususris & poenis Ecclesiasticis in libr. IV Institutionum Iuris Canonici explicanda restant, brevi absolvet, & mox ad Iuris Feudalis interpretationem ex compendio aliquo faciendam se conferet. [...] Docet hora p.m. tertia, Sommersemester 1663

[...] In domestico etiam auditorio coeptas lectiones VVesenbecianas continuabit., Sommersemester 1663

Georgivs Werner D. tam in publica Iuris Feudalis interpretatione, Wintersemester 1663/1664

[...] quam in privatis lectionibus Wesenbecianis perget; atque, ut utrisque finis hoc semestri imponatur, operam dabit., Wintersemester 1663/1664

Georgivs Werner D. ubi una vel altera lectione absolverit ea, quae ex discursibus restant, quibus omnia Iuris Feudalis capita, hactenus prolixius explicata, quasi in brevi tabella proponere coepit, Iuris Canonici interpretationem aggredietur, & ex Institutionibus Lancelloti, vel simili commentariolo prima ejus rudimenta auditoribus tradet. [...] Docet hora IIIia., Sommersemester 1664

[...] De Emphyteusi, de monopoliis, de auctionibus disputabit; & brevi quoque lectiones VVesenbecianas ad finem perducet., Sommersemester 1664

[...] unam etiam atque alteram disputationem publicam habiturus est., Wintersemester 1664/1665

Georgivs Werner D. explicationem compendiariam Iuris Canonici, quantum per occupationes, quas secum fert magistratus academicus, licebit, continuaturus, [...], Wintersemester 1664/1665

Georgivs Werner D. postquam de Iuris Canonici origine, incremento, variis tum Canonum tum epistolarum Decretalium compilationibus, totius systematis partibus, nec non de autoritate & usu ejusdem hactenus disseruit, proxime ad Institutionum Lancelloti explicationem sese conferet, earundemque librum primum, qui agit de Personis Ecclesiasticis, interpretari incipiet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1665

[...] In domestico etiam auditorio, exercitium aliquod Practicum, si qui erunt quibus id placuerit, instituet: [...], Sommersemester 1665

[...] disputationes quoque nonas habebit., Sommersemester 1665

Georgivs Werner D. in explicatione Institutionum Iuris Canonici perget, & [...] Docet hora III:, Wintersemester 1665/1666

[...] disputationes VVesenbecianas continuabit., Wintersemester 1665/1666

[...] domi vero suae, Paratitla Wesenbecij, id quod nuperrime caepit explicare, perget. [...], Sommersemester 1666

[...] Disputationes etiam ad eundem auctorem pridem inchoatas, porro continuabit., Sommersemester 1666

Georgivs Werner D. doctrinam de Processu Judiciario, ex libro III. Institutionum Juris Canonici, advocatis tamen aliunde etiam, & cumprimis ex Recessu Imp. novissimo necessarijs, publice tradere; [...], Sommersemester 1666

Georgivs Werner D. doctrinam de Processu Iudiciario, inque eo de Appellationibus & alijs remedijs, quibus sententiae impugnari solent, ut & de Attentatis propediem absolvet: post de criminibus Ecclesiasticis eorumque paenis ex libro ultimo Inst. Lancelloti aget. [...], Wintersemester 1666/1667

[...] Privatas praeterea lectiones & inchoatas Disputationes VVesenbecianas continuabit., Wintersemester 1666/1667

[...] Privatas insuper & lectiones & disputationes Wesembecianas strenue imposterum urgebit., Sommersemester 1667

Georgius Werner D. cum paucis abhinc septimanis expositionem Institutionum Juris Canonici absolvisset, Jus etiam Feudale ex compendio coepit auditoribus suis interpretari. Quam operam porro quoque continuabit, & post praecognita necessaria non tantum principia hujus Juris tradet, verum etiam quaestiones & controversias, quae circa singulos fere ejus articulos satis graves & arduae occurrunt, studiose explicabit. [...] Docet hora III., Sommersemester 1667

Georgivs Werner D. in explicatione compendij Iuris Feudalis VVesenbeciani perget, utque ea hoc semestri ad finem perducatur, operam dabit., Wintersemester 1667/1668

Georgivs Werner D. ea, quae in Scholis Feudalibus, demodis amittendi feudum, & de Iudiciis Feudalibus restant, brevi, cum Deo, absolvet: postea vero ad Institutionum Iuris Canonici explicationem iterum sese accinget, si tamen prius de origine, partibus, auctoritate & usu eius, pauca praemiserit. [...], Sommersemester 1668

[...] Privatim quoque intermissum hactenus certis ex causis collegium VVesenbecianum continuabit, & de diversis materiis publice disputabit., Sommersemester 1668

Georgivs Werner D. postquam Libri primi Institutionum Iuris Canonici explicationem, ad ultimum usq; titulum hactenus absolvit, inq; eo de personis Ecclesiasticis & horum Institutione atque officiis egit, mox etiam secundum librum auspicabitur, & quae ad res Ecclesiasticas pertinent, imposterum enarrabit; unam etiam atque alteram disputationem habibit. Docet domi suae hora IX., Wintersemester 1668/1669

Georgivs Werner D. quam primum caeptam Processus judiciarii materiam ex LIbro III. Instit. Juris Canonici ad finem perduxerit, quod cum Deo brevi fiet, ad demandatam clementissime sibi non ita pridem Codicis professionem sese conferet, inque ejus explicatione ita versabitur, ut cujuslibet tituli primo generalia traditurus, post vero praecipuas & in usu magis frequentes leges, earumque mentem & rationes breviter enarraturus, & ubi opus fuerit, jus Novellarum additurus sit. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1669

[...] Brevi quoque, quae supersunt de usu & authoritate Juris Canonici in terris & foro Protestantium, disputationes duas, primae jam habitae, superaddet., Sommersemester 1669

Georgivs Werner D. quamprimum a gravi morbo, quo hactenus decubuit per Dei gratiam liberatus fuerit, ad operas revertetur, & ex Tit. Cod. d. edendo, atque alijs praecipuas leges explicabit., Wintersemester 1669/1670

Georgius Werner D. propter morbum cum quo hactenus continuo fuit conflictatus, contra votum & spem suam, explicationem Legum Codicis sibi demandatam ordiri huc usque non potuit: quam primum vero, quod a Deo Opt. Max. precatur & sperat, valetudinem recupaverit, officium Deo juvante, sedulo faciet., Sommersemester 1670

Georgivs Werner D. Cod. Prof. P. & h.t. ProRector, propter durantem adhuc corporis infirmitatem, & quem gerit magistratum, neq; publice neq.[...] Docet hora IX., Wintersemester 1670/1671

[...] privatim docere potuit: quam primum vero a morbo liberatus fuerit operam dabit, ut quae hactenus neglecta sunt, majoricum diligentia imposterum pertractentur., Wintersemester 1670/1671

Georgivs Werner Meier D. etiamnum propter infirmam valetudinem a Lectionibus cessare cogitur, quamprimum autem restitutus fuerit, quod per Dei gratiam futurum sperat, ad easdem redibit & Leges Codicis explicabit., Sommersemester 1671

Georgivs Werner D. & Facult. Senior, quando volente Deo cum sanitate in gratiam redierit, id quod sperat & Deum rogat ferio, etiam ad labores consuetos redibit, & ex Codice leges explicabit., Wintersemester 1671/1672

## Dissertationen (58)

De investitura feudali, 20.06.1649. VD17 23:255976Q

De testamentis ordinandis, 20.10.1649. VD17 23:254902K

De obligationum dissolutionibus, iis praesertim quae ipso jure contingunt, 12.04.1651. VD17 23:236673Y

De amissione et devolutione feudi, 31.08.1651. VD17 12:154349D

De cessione actionum, 12.01.1654. VD17 23:254910A

De societate, 31.03.1654. VD17 23:254914F

De restitutionibus in integrum, 19.04.1654. VD17 14:024320L

De jure dotium / Von Witthumb und Leibgeding, 30.04.1654. VD17 23:252114D

De jure colonario sive perpetuae coloniae tam emphyteuticae quam feudalis, superficiariae, venandi, decimarum ..., 09.05.1654. VD17 23:252122V

De jure succedendi in rebus expeditoriis et utensilibus, im Hergewette und Gerade, 06.06.1654. VD17 23:236675P

De tutela et cura, 06.10.1655. VD17 23:267498C

De crimine laesae Majestatis, 31.05.1656. VD17 1:005772C

De evictionibus absolute et relate consideratis / Von Entwehr- und Gewehrschafften, 25.10.1656. VD17 7:698781G

De judice in genere considerato, 30.11.1656. VD17 1:002934Q

De sententia, 18.12.1656. VD17 23:236677D

De judiciis in genere et personis ea constituentibus, 31.01.1657. VD17 23:252103Q

De condictionibus, 21.02.1657. VD17 3:683355W

De solutionibus, 09.04.1657. VD17 12:147492Y

De dignitatibus, 16.04.1657. VD17 1:005381E

De praeferentia creditorum in concursu eorundemque privilegiis, 05.08.1657. VD17 23:247784A

De reconventione, 27.08.1657. VD17 12:151921Z

De injuriis, 31.08.1657. VD17 3:010663E

De scripturae potestate ac usu in negotiis civilibus, 22.09.1657. VD17 23:255816V

De separationibus, 24.09.1657. VD17 23:252131U

De collatione bonorum, 30.04.1658. VD17 1:005408M

De contractibus in genere, 14.12.1659. VD17 23:265359V

De jure protimiseos / Vom Vor- oder Näherkauff, 31.01.1660. VD17 23:307397X

De notorio, 10.03.1660. VD17 23:251655L

De regali vectigalium jure, 29.03.1660. VD17 12:155001E

De judicio feudali, 26.04.1660. VD17 7:654197W

De rationibus, 31.07.1660. VD17 1:005439P

De poenitentia, 31.08.1660. VD17 547:691698F

De momento temporis, 31.08.1660. VD17 23:236786H

De benefico dationis in solutum , 31.08.1660. VD17 7:651864D

De jure confusionis, 14.09.1660. VD17 23:236771P

Positiones juridicae, 1661

De obligatione legum, 31.01.1661. VD17 23:236833H

De re militari, 27.06.1661. VD17 7:653686E

De juramentis in genere, 31.05.1662. VD17 23:236804W

De jure constituti possessorii, 29.02.1664. VD17 12:147489V

De monopoliis, 18.05.1664. VD17 12:148585Z

De jure emphyteutico / Von dem Erbzinsrecht, 31.05.1664. VD17 3:008663M

De privilegio sumptuum studiorum causa factorum, 25.08.1664. VD17 1:003169H

De auctionibus, 31.08.1664. VD17 23:248325B

De antichresi, 30.12.1664. VD17 1:665451Y

De contributione propter jactum vulgo avaria, 11.02.1665. VD17 23:651396M

De jurejurando in litem, 28.06.1665. VD17 14:022590H

De juribus ac privilegiis viduarum, 31.01.1666. VD17 3:683762B

De testamentis, 30.04.1666. VD17 14:024705G

De locatione conductione, 30.06.1666. VD17 23:249338L

De decoctoribus seu debitoribus non solvendo existentibus, 30.06.1667. VD17 547:634946T

De quaestionibus seu torturis, 31.07.1667. VD17 1:003078B

De dolo malo, 31.08.1667. VD17 14:021276V

De collatione bonorum, 30.11.1667. VD17 23:254974V

De mora, 29.02.1668. VD17 23:236966F

De origine, usu et auctoritate juris can. in foro civili et terris protestantium , 28.02.1669. VD17 3:683958B

De origine, usu et auctoritate juris can. in foro civili et terris protestantium, 31.05.1669. VD17 23:252027C

De jure feudorum, 31.07.1670. VD17 12:155763X

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

## Beteiligung an Dissertationen (2)

Respondent in: Johann Thomas Cludius (Präses): De tutelis, 24.09.1640. VD17 23:248554Z

Respondent in: De juramento calumniae, 1662

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 13.01.1653–01.04.1653 |
| Text | Catalogus lectionum publice habitarum MDCLIII / mense Ianuario / ♃ die 13 finitis feriis legere incepi / ♀ die 14 legi / ☽ die 17 legi / ♂ die 18 non legi sed in loco consistorii fui / ♃ die 20 legi / ♀ die 21 legi / ☽ die 24♂ legi / ♃ die 25 legi / ♀ die 27 legi / ☽ die 31 legi / Mense Februari / ♂ die 1 vigiliae festi Purificationis Mariae / ♃ die 3 [et] ♀ die 4 } his diebus ob iter necessarium docere non potui / ☽ die 7, ♂ die 8, ♃ die 10 [et] ♀ die 11 } semper officium feci / ☽ die 14 [et] ♂ die 15 } catarrhus & inde veniens raucedo vocis, lectiones impedibant / ♃ die 17 docui / ♀ die 18 docui / ☽ die 21 legi / ♂ die 22 non legi / ♃ die 24 legi / ♀ die 25 legi / ☽ die 28 et mense Martio ♂ die 1, ♃ die 3, ♀ die 4, ☽ die 7 [et] ♂ die 8 } demonstratio anatomica <9> hora post meridiem tertia singulis diebus instituebatur lectiones meas fuit remorata / ♃ die 10 legi / ♀ die 11 legi / ☽ die 14 legi / ♂ die 15 legi / ♃ die 17 iter ut dixi [?] necessarium lectionem impedivit / ♀ die 18 legi / [v] / ☽ die 21 Martii legi / ♂die 22 hoc die abfui / ♃ die 24 vigilia festi Annunciationis Mariae / ♀ die 25 ipsum festum / ☽ die 28, ♂ die 29, ♃ die 31 [et] ♀ die 1 Aprilis } & nundina & iter Guelferbyterium a lectionibus me avocavit / Georgius Werner Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 204, H.1, 148 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 29.04.1653–05.07.1653 |
| Text | Anno Christi MDCLIII / Post ferias Paschales a Magnifico Rectore et Senatu academico Hannoveram ad comitia provincialia missus atque inde die demum 29 Aprilis reversus fui / Sequenti hebdomade Magister Horneius nuptiale agebat sacrum quod horum dierum lectiones retardavit / Die vero 5 et 6 Maii legi / Die 9,10,12 [et] 13 uti et die 16 et 17 itidem officium feci / Die 19 Maii festum ascensionis domini Lectionem impedivit / die vero 20 eiusdem mensis publice docui / Inde feriae Pentecostales et statim subsequentes promotionum Doctoralium [et] nuptiarum Doctoris Vogleri & Doctoris Hildebrandi festivitates, iterum labores publicos interruperunt / Die Iunii 28 ad lectiones sum reversus / Die 29 eiusdem mensis itidem legi / Die 1 Iulii vigiliae festi visitationis Beati virginis erant / Die vero 4 & 5 Iulii ob iter necessarium legere non potui / Reliquis omnibus vero Iulii mensis diebus quibus oportuit in iudicio fui / Georgius Werner Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 204, H.1, 70 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 16.01.1655–29.03.1655 |
| Text | Anno MDCLV / Die 16 finitis feriis ad lectiones publicas sum reversus / die 18 legi / die 19 legi / Die 22, Gvelpherbytum profectus sum & inde die domum 27 redii / die 29 legi die 30 propter frigus intensissimum legere non potui / Mense Februario / Die 1 erat dies profestum & frigus a publico me arcebat / die 2 festum / die 5 legi / die 6 oratio hora tertia a Studioso habita impediebat |

| | |
|---|---|
| | lectionem / die 7 & die 8 legi / Die[bus] 12, 13 [et] 15 officium feci. / Die 16 ob causam sonticam legere non potui / Die[bus] 19 [et] 20 iter necessarium mihi fuit obiendum / Die[bus] 22 & 23 legi / Die[bus] 26 & 27 erant feriae / Mense Martio / Die[bus] 1 & 2 legi / Die[bus] 5,6 & 8 legi / Die 9 legere non potui / Diebus 12, 13, 15 & 16 legi / Die 19 legi / Die[bus] 21 & 22 medicamentis sum usus / Die 26 & 27 legi & die 29 explicationem Iuris Feudalis ad finem perduxi / Georgius Werner |
| Quelle | 37 Alt 2489, 21 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1656–27.09.1656 |
| Text | Anno 1656 <propter> / Mense Aprili diebus 3 et 4 lectionibus feudalibus finem imposui / Post inciderunt feriae Paschales: quibus finitis / Mense Maio / die 3 Ius Canonicum explicare cepi / Die[bus] 4,7, et 8 legi / Die 10 propter adventum hospitis legere non potui / Die 11 iterum legi / Die[bus] 14, 15, 17, 18, 21 [et] 22 legi / Die 23 febri sum correptus qua per integros Iunium et fere etiam Iulium menses laboravi / In fine Iulii Wolfferbytum sum profectus / Inde reversus / Mense Augusto / diebus 6 et 7 ad lectiones quasque rursus me contuli / Die 9 propter examen Candidati legere non potui / Die 13 legi / Die 14 habita disputatio inauguralis lectiones impedivit / Die[bus] 16, 17, 20, 21 [&] 23 legi / Die 24 ob breve iter legere non potui / Die[bus] 27 et 28 legi / Die 30 examen Candidati obstitit quo minus officium facerem / Die 31 legi / Mense Septembri / Diebus 3 & 4 erant nundinae / Die 6 examen Candidati / Die 7 legi / Die 10 examen Candidati / Die 11 legi / Die 13 examen Candidati / Die[bus] 14, 17, 18 et 20 officium feci / Die 21 disputatio inauguralis / Die[bus] 24 & 25 legi / Die[bus] 27 & 28 duae disputationes solennes lectiones publicas stiterunt / Georgius Werner Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 204, H.2, 3 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 23.10.1656–18.12.1656 |
| Text | Anno MDCLVI / Mense Octobri / Post ferias autumnales et iter aliquot dierum peractum cepi rursus die 23 Octobris interpretari Ius Canonicum, / et die[bus] 24,27,28 et 30 in officio fui. / Die 31 negotium Facultatis, quod moram non patiebatur lectionem inpedivit / Mense Novembri / Die 3 legi / Die 4 Nuptiali sacro interfui / Die 6 & 7 legi / Die 10 itidem officium feci / Die 11 disputatio solemnis et / Die 13 promotio octo Doctorum in Facultate Medica lectiones inhibuerunt / Die 14 ob commodam minus valetudinem non legi / die 17 et 18 erant nundinae / Die 20, 21 [et] 24 legi / Die 25, 26 et 27 in itinere necessario fui / die 28 iterum legi / Mense Decembri / Die 1 non legi / Die 2 et 4 examinandus erat Candidatus / Die 5 iterum legi / Die 8,9,11 et 12 legi / Die 13 ob expedienda isdem cellae vineriae negotia legere non potui / Die 16 legi / die 18 Disputatio habebatur solennis / Et quia hactenus 9 de rebus sacris erant reliqua utpote de Ecclesiis earumque [...] de sepultariis de decimus, de rerum Ecclesiasticorum alienatione atque ita Libri II Institutionum Iuris Canonici interpretationem ad finem perduxeram, ante ferias natalitias proxime instantes ut tum inclementi praesertim, qui tunc erat aere tertium librum inchoare nolui. / Georgius Wernerus Doctor mea manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2489, 71 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.02.1657–27.02.1657 |
| Text | Mense Februario, 1657 / Die 3 De foro Ecclesiastico, et quomodo, id a prima usque origine sese habuerit, ex Canonibus Veteris Ecclesiae et Legibus Imperatores: Orientalium, Occidentalium et Germanicorum docui. / Die 5 Eandem materiam continuavi. / Die 6 De fori secularis competentia ex legibus Iustinianeis disserui. / Die 9 Non legi. / Die 10 et 12 De Iurisdictione delegata. / Die 13 et 16 De Iurisdictione prerogata lectiones habui. / Die 17 Ex mandato Magnifici Domini Rectoris, una cum Domino Seniore Schradero Studiosum ex vulnere in abdomen recepto graviter decumbentem super facto examinavi. / Die 19 Candidatum tentabam, Augustum Milagium. / Die 20 Non legi. / Die 23 Vocis raucedo lectionem impedivit. / Die 24 Disputationem habebat solennem Henricus Seedorff Lybeccensis. / Die 26 Legi et de processu atque causis summariis dixi. / Die 27 Ob curam valetudinis legere, non potui. / Georgius Werner Doctor Professor publicus. |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 60 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 12.02.1657 |
| Text | Mense Februario / 1657 / Cum die 12 ad lectiones ordinarias reverterentur collegae nostri, nobis horis pomeridianis examinandus erat Candidatus Henricus Seedorf Lubeccensis. / Die 13 Deductio funeris Christophori Keyers Consulis oppidani sistebat lectiones publicas. / Die 15 Coepi ad ad liber III Institutiones Iuris Canonici de Processu Iudiciario agere, atque ista lectione de origine et necessitate Iudiciorum disserui. / Die 16 De Iudiciorum natura, eorumque definitione et causis in genere egi. / Sequentis septimanae lectiones omnes iter, quod Wolfferbytelium Iudicii provincialis gratia erat subeundum, intercepit. / Die 26 Ut pauperi viduae patrocinium praestarem in causa aliqua, ad dues [?] ab oppido Lapides excurri. / Die 27 Exeqviae fiebant studioso hic defuncto. / Die 29 Ad explicandam Iudiciorum divisionem primam, quare alia secularia, alia Ecclesiastica esse dictuntur, accessi. / Die 30 De eadem dixi. / Georgius Werner Doctor Professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 59 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 02.03.1657–17.03.1657 |
| Text | Mense Martio 1657 / Die 2 De persona actoris eiusque procuratore egi. / Die 3 Propter valetudinis curam docere non potui. / Die 5 De Procuratoribus iterum disserui. / Die 6 De Postulando, et qui postulare possint, tractavi. / Die 9 Propter negocia Facultatis non legi. / Die 10 Materiam de postulando et advocatorum officio absolvi. / Die 12 Examinavimus Candidatum Daniel Boots. / Die 13 De Pactis agere, cepi. / Die 16 et 17 Erant nundinae: Atque his uti et sequentes omnibus, usque ad festum Paschae diebus tussis atque raucedo omnem fere sermonis usum mihi interdixit. / Georgius Werner Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 61 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 16.04.1657–30.04.1657 |
| Text | Anno 1657 / Mense Aprili / Cum post ferias Paschates ad labores ordinarios reverterentur Collegae, habuit die 16 disputationem inauguralem, quam vocant, Augustus Milagius / Die 17 Non poteram officium facere, eo, quod |

| | |
|---|---|
| | amicus pergere ad me venisset / Die 20 Legi & de Pactis iterum egi. / Die 21 Ea que Lancellotus de Transactionibus habet explicavi. / Die 23 Disputationem solennem habuit Daniel Boots. / Die 24 Exsequie fiebant Henrico Lotichio / Die 27 Legi & de Arbitris dicere coepi / Die 28 Legi & de praeparatoriis iudiciorum, ex specie a. de actionis editione egi. / Die 30 Funere erat deducenda vidua Hoffmanianae. / Georgius Werner Doctor Professor publicus. |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 62 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.05.1657–15.05.1657 |
| Text | Anno 1657 / Mense Maio / Die 1 De Citatione disserui. / Die 2 Impediebar ab hospite pergere adueniente / Die 5 Legi et de citatione rursusque dixi / Die 7 Erat festum Ascensionis Domini. / Die 8 Materiam citationis absolvi / Die 11 & 12 Legi et de Contumacia tractavi. / Die 14 & 15 Legi & de contumacia porro, atque etiam de libello egi / Post inciderunt feriae Pentecostales / Georgius Werner doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 63 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 18.06.1657–30.06.1657 |
| Text | Anno 1657 / Mense Iunio / Prioribus duabus Septimanis venditio librorum a bibliopole Amstelodamensi sub a actione facta, stitit omnes lectiones / Die 18 rursque coepi publice docere, atque de libelli conceptione tractavi / Die 19 Legi & materiam de Exceptionibus aggressus fui / Die 22 De Exceptione divisionibus & in specie de dilatoriis disserui / Dies 23 Erat profectus / Die 25 De Exceptionibus peremtoriis egi / Die 26 Iterum de peremtoriis atque etiam de anomalis exceptionibus lectionem habui / Die 29 & 30 De mutuis petitionibus tractavi / Georgius Werner Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2490, Fol. 64 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 12.01.1658–29.06.1658 |
| Text | Anno 1658 / Reversus licet in urbem die XII mensis Ianuarii, et ad lectiones etiam publicas redire volens tamen totis primis quinque mensibus, propter raram studiosorum frequentiam auditoribus fui destitutus. / Die demum 15 mensis Iunii caepi interpretari titulum: de regulis iuris in sexto. / Die 17 et 18 Legi et istius Tituli generalia absolvi. / Die 21 et 22 Iter aliquod. / Die 24 Festum Sancti Ioannis. / Die 25 Examen publicum Candidatorum Philosophiae lectiones interceperunt. / Die 28 Legi, et de Instiutione Canonica ad Regulam primam disserui. / Dies 29 Huius mensis Iunii solennis erat promotioni Philosophiae Magistrorum dictus. / Georgius Werner Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2491, Fol. 122 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1658–28.09.1658 |
| Text | 1658 / Iulii / Die 1 Legi. / Die 5 Propter Consistorium publicum legere non potui. / Die 6, 8 [et] 9 Legi. / Die 12 et 13 Erant nundinae. / Die 15 Legi. / Die 16 Propter adventum hospitis non legi. / Die 19 et 20 Legi. / Die 22 Ab amico et collega moritatus ad prandium legere non potui. / Die 26&27 Legi. / Die 29 A vicinis quibusdam nobilibus transigendo alicui negotio fui advocatus. / Die 30 Legi. / Augusti / Primis diebus propter iter Guelfferbytanum legere non potui. / Die 10, 12, 13, 16 [et] 17 Legi. / Die 19 et 20 Propter negotia aliqua |

| | |
|---|---|
| | legere non potui. / Die 23 Legi. / Die 24 Cessabant lectiones propter mutationem magistratus academici. / Die 26, 27 [et] 30 Legi. / Septembris Die 2 Examinandus erant Canditatus <>Georgius Baurmeister. / Die 3 Legi. / Die 6&7 Fuerunt feriae nundinales. / A die 9 usque ad 17tum usus medicamentorum, tum aliud quoddam impedimentum domesticum lectiones inhibuerunt. / Die 20&21 Legi. / Die 23 Habebatur disputatio solennis dicti Candidati. / Die 24 et 27 Legi. / Dies 28 Erat profestus, et habebatur disputatio publica. / Atque ita huic lectionibus priores duodecim. Regulas lati VI Decretalium fui interspectatus [?]. / Georgius Werner Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2491, Fol. 121 |
| | |
| Zeitraum | 20.01.1660–19.03.1660 |
| Text | Anno 1660 / Ianuario mense / Post ferias natalitias, collegae nostri nuptiale festum et magistratus academici mutationem ad lectiones sum reversus / atque die 20, 23, 24, 26 & 27 officium feci / Die vero 30 et 31 eo, quod socer ad me venisset, legere non potui / Februario / Die 3 et 6 legi / Diem vero 7 & 9 examen Candidatus a lectionibus fecit vacuos / Die 10, 13 et 14 legi / Diei 16 & 17 lectiones breve sed necessarium iter intercepit / Die autem 20, 21, 23 et 24 uti & 27 legi / Sed die 28 invitatus a Collega ad famulae nuptias, comparui / Martio / Die 1 & 2 legi / Die 5 vero et 6 cessavi / Die 8 et 9 legi / Die 12 negotio alicui academico cum senatu oppidano peragendo ex decreto interfui / Die 13 et 15 examinabatur Henricus Rhode / Die 18 et 19 legi / Reliquos huius mensis dies curandae valetudini impendi / Georgius Werner Doctor manu propria |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.122 |
| | |
| Zeitraum | 02.04.1660–23.06.1660 |
| Text | Anno 1660 / Aprilis / Die 2, 5 et 6 legi / Die a[utem] 3. disputationem solennem me praeside habebat Henricus Eberhard ab Anderten / Sequentem hebdomadem itineri Wolffenbytensi dare oportuit / Reversus inde docui die 16 eoque interpretationi Libri priori Consuetudinum Feudalium finem imposui / Reliqui huius mensis dies feriis Paschalibus cesserunt / Maius / Initio mensis examen Candidati, et mox die 10 sequens promotio Doctoralis a lectionibus me fecit cessare / Die vero 22 ad officium redii et caepi explicare Librum secundum Feudorum / inque hac opera die etiam 24 & 25 perrexi / Die 28 nuptiis interfui / Die 29 legi / sed diei 31 lectionem Ascensionis festum intercepit / Iunius / Die 1, 4, 5, 7 et 8 legi / Inde festum Pentecostes academiae etiam ferias dedit / Georgius Werner Doctor manu propria die 23 mensis Iunii 1660 p. |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.123 |
| | |
| Zeitraum | 03.07.1660–07.09.1660 |
| Text | Anno 1660 / Mense Iulio / Die 3, 5, et 6 legi / Die vero 9 nundinae / et 10 Consistorium publicum lectiones intercepit / Die 12 mutatio ViceRectoratus incidit / Die 13 et 16 legi / Die 17 officium facere fui impeditus / Die 19, 20, 23, 24, 26 et 27 legi / Mense Augusto / Ab itinere Wolffenbytelensi die 4to reversus die 7 ad officium etiam redii, / idque die 9, 10 et 13 continuavi / Die 14 ob Disputationem inauguralem Medicam / Die vero 16 ob Disputationem solennem Iuridicam vacavit auditorium / Die 17, 20 et 21 legi / Die 23 |

| | |
|---|---|
| | tentamen erat Candidati / Die 24 et 27 legi / Die 28 negotium quoddam vinariam cellam concernens a lectione me avocavit / Die 30 legi / Die vero 31 Candidatum Christianum Haken examinavimus / Mense Septembri / Die 3, 4, 6 et 7 legi / Reliquis huius mensis diebus examinibus Candidatorum Disputationibus inauguralibus [...unleserlich] perlegendis atque habendis, uti et praeparatione ad actum promotionis necessaria fui impeditus quo minus publice docerem / Georgius Werner Doctor manu propria die 17te Octobris 1660 |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.124 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 18.10.1660–20.12.1660 |
| Text | Anno 1660 / October / Post ferias autumnales promotionem Doctoralem et festi academici celebrationem, redii ad operas die 18 / quas et die 19 continuavi / Diem 22 cellae vinariae negotia mihi reddiderunt macilem / Die autem 23 legi / Die 15 disputatio Medica solennis ferias fecit / Die tamen 26, 29 et 30 officium feci / November / Die 1 legere non potui sed / die 2, 5, 6, 8 [et] 9 in lectionibus perrexi  Nundinae autem in diem 12 et 13 incidentes easdem interruperunt / sed die 15 et 16 publice docui / Die 19 a socere ad filiae nuptias evocatus atque / ad diem usque 23 retentus fui / Die 26 Wulfferbytelense ordinarium / iter fuit suscipiendum / inde autem die demum huius mensis 30 redii / December / Die 3, 4, 6 [et] 7 legi / Die vero 10 promotio in Facultate Theologia lectiones inhibuit / Die 11 non legi / Die tam en 13, 14, 17, 18 [et] 20 in officio fui / Post instantes feriae natalitiae a lectionibus cathedras publicas cessare fecerunt / Gerogius Werner Doctor manu propria / die 5 mense Ianuarii 1667 |
| Quelle | 37 Alt 2493, fol.125 |

## Zitierhinweis

Prof. Georg Werner. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-238-werner [06.07.2026]